



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

XLVI. Concordia inter Minores de Observ. Provinciæ S. Jacobi in Hispania.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ANNO
1694.

I N N O C E N T I U S D U O D E C I M U S. 221

ANNO

1694.

XLVI.

Confirmatur concordia inter Fratres Provinciae S. Jacobi in Hispania Ord. Min. S. Francisci de Observantia super divisione Provinciae, & Officiorum.

Conſt. ed. 1692. Dec. 9. P. 2. agitur de alternativa officiorum inter Provincias Galicas, & alias. Et Conſtit. ed. 1696. Jan. 7. P. 5. de alternativa in Provincia Januen.

Dat. 19. Maii
1694. An. 3.

I N N O C E N T I U S P A P A XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Debitum pastoralis Officii, quo Catholicae Ecclesiae regimini, meritis licet imparibus per ineffabilem Divinæ sapientiæ, atque clementiæ abundantiam præsidemus exigit, ut paternam Religiosorum Virorum, quos in pacis amicitate vota sua Altissimo reddere decet, curam gerentes, illa, quæ pro dirimendis inter eos exortis dissidiis, perpetuoque stabilenda animorum concordia, prudenti, providoque conventa noscuntur esse consilio, quo firma semper, atque inviolabilitas permaneant, Apostolici munimis nostri præfido roboremus.

Legitima autoritate, & iusta de causa, instituta fuit præsens Concordia a Procuratoriis partium.

S. r. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Franciscus Diaz a Sancto Bonaventura Lector Jubilatus, & Diffinitor Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Benedictus de Noriega Sacrae Theologie Lector itidem Jubilatus, necnon Didacus del Castillo Verbi Dei Prædicator Fratres expresse professi Provinciae S. Jacobi in Hispania dicti Ordinis, ac Procuratores diversarum respective partium, seu Nationum ejusdem Provinciae, quod cum juxta Constitutionum Apostolicarum, & Statutorum Generalium ejusdem Ordinis dispositionem cuique Provinciae Ordinis prædicti sua particularia Statuta condere fas sit, prout Nationum, temporum, & locorum, aliarumque circumstantiarum exigit ratio, præcipue quando per eadem generalia Statuta non satis provisum reperitur paci, ac utilitati alicuius Provincia, quæ particularibus, & accommodationibus indiget legibus, ut immunitis reddatur a juriis, litibus, & partialitatum zizaniis, quæ ceteroqui oriri, ac in dies non sine maximo ipsis Ordinis dedecore excrescere possent: ipa vero Provincia Sancti Jacobi tali potissimum indiget provisio, ut malis, quæ ob lites inter partes prædictas nonnullis abhinc annis vertentes perpessa est, opportunum remedium adhibetur, ipsi Exponentes legitimis suffulti mandatis ad effectum procurandi, & obtinendi ab hac Sancta Sede nomine earudem partium ea, quæ in posterum in prædicta Provincia servari oporteat, ut lites hujusmodi dirimantur, nec illæ in posterum reviviscant, aut aliæ suboriantur, neque divisio aliqua amplius in illa prætendatur, pro pace, & quiete dictæ Provinciae, necnon regularis disciplinæ, quæ illa antehac eximie floruit, instauratione, charitative, & religiose ad concordiam super præmissis (reservato tamen desuper nostro, & hujus S. Sedis beneplacito) devenerunt, cum diversis paciis, & conditionibus, prout continetur in Scriptura desuper emanata tenoris, qui sequitur, videlicet.

Concordia.

S. 2. In Conventu S. Isidori Fratrum Hibernorum Almæ Urbis Ordinis Minorum de Observantia die 27. Novembris anni Domini 1693, convenerunt in unum R. A. P. F. Franciscus Diaz a S. Bonaventura Lector Jubilatus, Sancti Officii Qualificator, Sacrarum Congregationum Indicis, & Rituum Consultor, Provinciae S. Jacobi Primus Pater, & Diffinitor Generalis Ordinis prædicti, Frater Benedictus de Noriega Sacrae lacquevit Sententia ab Emo Ordinis Protectore

Theologæ Lector Jubilatus, & Fr. Didacus del Castillo Prædicator omnes Professi, & Alumni prædictæ Provinciae S. Jacobi, Regularis Observantie in Hispania memorati Ordinis; & Instituti, & Procuratores respective diversarum partium, & Nationum prædictæ Provinciae in lice, quæ ab aliquo retro annis vertitur inter Partes prædictas super divisione Officiorum, aut partitione ejusdem Provinciae, ut inferius latius constabit. Qui quidem Patres attenta mente recognitantes prefatam Provinciam a Seraphico Patre Sancto Francisco in primo Capitulo Generali Portiuncula, anno a prima Ordinis, & Regule approbatione Apostolica, septimo, a fundatione vero Conventus Compostellani, per eundem Sanctum Patriarcham mirabiliter incepta, quarto rite erectam, ac institutam extitisse destinato ad ipsam in eodem Capitulo uno & dilectissimis Sociis ipsius Seraphici Patris, qui eidem tanquam Provincialis Minister præfasset, a cuius ministeriatu usque ad tempus præfensi Regularis semper in ipsius Conventibus, seu Eremitioriis viguit observantia illius ad quæmplices Provincias, nonnullasque Hispaniarum Dictionum reformationes studio, ac Zelo Alumnorum ejusdem Provinciae, vel institutas, vel promotas, cunctis Ordinis feculis feliciter propagata atque transfusa; necnon præ oculis insimul habentes, quod præfata Provincia, quæ olim magnam partem Regionum Hispaniæ, ac Lusitanie complectebatur, jam nunc ad eam solam amplitudinem redacta est, que faciliter in quolibet triennio lustrari, ac visitari valet a quovis vigilanti Superiore: hinc publico ejusdem Provinciae decori, ac perpetua Fratrum, ac Monialium ipsius tranquillitatit quamcunque consulere meditati sunt. Concordia itaque super lice diuturna studentes, & desiderantes obviam ire scandalis, & inconvenientibus, quæ hucusque ex illa pullularunt, & in dies pullulare poterunt, tam quoad disciplinam regularem, quam quoad Literarum (quibus semper prædicta Provincia maxime floruit) splendorem: amice, & charitable tractarunt de dirimenda prædicta lice, & discordia per viam compositionis, & concordati; & post maturam, & longam discussionem punctorum, in quibus maxime vertebarunt dissidium, tandem convenerunt in transactione mutua suorum respective jurium, & prætensionum sub infra exprimentis conditionibus inviolabiliter (accedente tamen Sac. Episcoporum, & Regularium Congregationis consensu, necnon Apostolicae Sedis confirmatione) in perpetuum observandis. Primo, itaque concordes dixerunt, & mutuo sibi promiserunt, quod pro parte PP. Castellanorum, Asturicensium, & Forensium renunciaret prætensioni dividendi dictam Provinciam, pro qua in Sac. Congregatione instabant, sicut de facto prædicti PP. Benedictus de Noriega, & Didacus del Castillo, uentes facultate, quam habent a suis principalibus, nomine eorum prædicta prætensioni renunciariunt, volentes, quod prædicta Provincia in sua, quæ de præfenti gaudet, amplitudine conservetur: & inconvenientibus, quæ prædictam divisionem exigere videbantur, occurendum esse remedii ab eisdem omnibus excogitatis, & mox suo ordine ponendis. Deinde subjunxerunt, quod etiam pro parte PP. Forensium renunciaret Brevi tripartitionis Officiorum in eocundam favorem jam de anno 1684. a Sanctissimo D. N. Innocentio XI. fel. rec. expedito, & de facto memoratus P. Didacus del Castillo eorum Procurator, utens sua facultate, vice, & nomine suorum Principalium, renunciavit omni Juri quæsito, aut quærendo, & ex prædicto Brevi quomodolibet ipfis obvenienti, aut resultanti, & sub infra ponendis conditionibus

Causa Concordia.

Conventio
inter partes
non dividen-
di Provin-
ciam, vel ejus
Officia.

Sed sub sequentibus condicionibus.

Ut omnes Religionis Provincie ad quatuor nationes reducantur, superpresso nomine Forensium.

Ut servetur quadam regula in distributione Officiorum.

Principorum.

jampridem ex commissione Apostolica, contra prememoratum Breve prolatæ, ac omnimoda executioni mandata: ne vero PP. predicti Forenses fraudentur per hoc Officiis, muniberis, & honoribus Provincie, mutuo hinc inde consensu predicti concordantes, sequentem perpetuo praticandam providentiam adhibuerunt.

§. 3. Nimirum omnes Fratres nati extra terminos Provincie, sive in ipsa vestiti, sive in ea sint incorporati, sine alicuius Nationis discrimine recipiendi sunt, prout re ipsa recipiuntur, & vi hujus concordia, ex nunc in perpetuum acceptantur inter Fratres nativos ejusdem Provincie cum æquali jure ad distributionem officiorum, ac isti habent. Sed cum Provincia ista constet principaliter quatuor Nationibus juxta modum, quo Nationes distinguuntur, & reputantur in Universitate Salmanticensi, scilicet Gallæcia, Camporum, Cantabria ratione Principatus Asturiarum, qui in dicta Universitate cum Cantabris reputatur, & Extremaduræ, cuius caput est ipsa Civitas Salmantica: ad has quatuor Nationes ad effectum distributionis officiorum postea statuenda, omnes alias Hispaniarum, & extra Hispanias Nationes hoc modo reduxerunt: nempe ad Nationem Gallæcia, reducuntur Fratres omnes Nationis Lusitanæ, & quotquot nativi sunt extra Hispaniarum continentiam, prout jam Apostolico Decreto reducti reperiuntur, & tanquam si nativi Gallæci essent in posterum reputandi. Ad Nationem Cantabriæ pertinebunt Astures, & quotquot nativi sunt in terminis Nationis Cantabriæ juxta dimensionem hujus Nationis in predicta Universitate Salmantina, & ita ultra predictum Asturiarum Principatum continebit pars ista Montana Burgorum, Guiptucom, Alavam, Vasconiam meram, seu Viscayan, Rivogiam, & Navarram. Ad Nationem Campensem pertinebunt Fratres predictæ Nationis incipiendo a confinibus Gallæcia, sed insuper Natio Castella nova, quod vulgo Mancha in eadem Universitate nominatur. Denique ad Nationem Extremaduræ pertinebunt omnes Fratres Diocesis Salmanticen, quæ ut praefertur est illius Nationis Caput, & omnes alii ad hanc Nationem pertinentes juxta morem illius Universitatis, & cum illis Fratres ex Nationibus Andalusiæ, & Aragoniæ. Et cum sub hac distributione comprehensi reperiantur omnes Fratres, qui sunt, & esse possunt in predicta Provincia, proinde convenerunt, quod in posterum sub pena perturbatorum Pacis, & discordorum a transgressoribus ipso facto incurrenda, abstineatur a Nomenclatura Forensium, ut minus bene sonante inter eos, qui omnium rerum proprietatem a se abdicarunt, ut non habeant domum, aut locum, aut aliquam rem, sed sunt (ut in Regula ipsa monet) Peregrini, & advenæ in hoc sæculo in paupertate, & humilitate Domino famulantes: ideo omnes a Natione ad quam pertinent, denominationem capiant.

§. 4. Hac facta incorporatione omnium Nationum inter Nationes intraneas Provincie, predicti PP., ut praefertur, concordes addiderunt, quod ad pacem perpetuam in Provincia conservandam, & præoccupandum unius Nationis prædominium, ac congruum omnium Nationum satisfactionem introducendam (quod erat præcipuum inconveniens, quod urgebatur pro divisione) officia Provincia deinceps sic dividantur in singulis Capitulis, & Congregationibus; sub pena nullitatis omnium electionum ipso jure, & facto incurrenda, ut scilicet uno triennio Minister Provincialis, & duo Diffinitores hant de Fratribus Nationis Gallæcia cum suis incorporatis indistincte. Custos vero, & alii duo Diffinitores ex alijs tribus Nationibus ex adverso: cum vero predictæ tres Nationes juxta præfata:

distributionem, & incorporationem restent fere æquales, & eadem æqualitas regulariter perseveratura merito credatur, tria ista officia inter ipsas distribuantur, itaut unus, aut Diffinitor, aut custos, quæ duo munera æquivalenter se habent assumatur de Natione Camporum cum suis incorporatis: alter de Natione Asturiarum cum suis Cantabris incorporatis, alter de Natione Extremaduræ cum suis incorporatis: sequenti vero triennio vice versa Minister Provincialis, & duo Diffinitores elegantur de corpore harum trium Nationum eodem ordine, ut scilicet Minister assumatur ex una, unus Diffinitor ex alia, & alius Diffinitor ex tertia cum suis respective incorporatis, sic tamen ut Provincialatus, quando huic parti obtigerit per easdem Nationes ordinare, & successive decurrat, nisi in aliquo casu id adamassim servari nequeat manifeste reluctante Justitia distributiva, aut electionis necessaria libertate, quod ne cavillandi contra præsentem concordiam ansa præbeatur, determinandum erit a toto Capitulo per secreta suffragia alba, & nigra, si aliquando casus occurret, qui nonnisi rarissime, & difficile occurret. Custos vero, & alii duo Diffinitores de Natione Gallæcia cum suis respective incorporatis elegantur, quin unquam sub illo prætextu, aut motivo, etiam urgentissimo fraudare valeat hæc Natio, seu portio aliquod ex officiis sibi per hanc alternativam competentibus haud facile liquidem ad illa deficiat in præfata portione viri satis idonei; Guardianus vero, & Vicarius Monialium eadem proportione distribuantur, scilicet media eorum pars detur Fratribus Gallæciis cum suis incorporatis, & pars altera Fratribus ex tribus aliis Nationibus per partes æquales, procurando, ut tam in prima divisione facienda inter Gallacos, & alias Nationes, quam in subdivisione, quæ inter tres predictas Nationes fieri debet, servetur non solum quantitas, & numerus, sed etiam qualitas, & graduatio Conventuum, ut scilicet ex præcipuis sex Conventibus, tres obveniant Gallæcia cum suis incorporatis, & tres distribuantur inter predictas tres Nationes concurrentes ex adverso, ut unaquæque ex his unum præcipuum Conventum obtineat, & sic de reliquis, ut omnis discordie, & querimonie aditus præcludatur. Nec poterit aliquis a predictis Officiis, & muniberis excludi sub prætextu, quod vitam communem non observet, nisi legitime constet de ejus inhabilitate ad observandam regulam juxta declarationes Romanorum Pontificum, & expositiones Sanctorum Bonaventuræ, Bernardini, Joannis de Capistrano, & aliorum probatissimorum Expositorum ipsius; qui enim eam juxta prememoratas declarationes, & expositiones observaverint, licet non sint fruequæ vita, quæ est communis omnibus, regulam stricte ad literam, & secundum rigidiores declarationes observantibus: sequuntur tamen vitam communem illis, qui eam non transgrediuntur, & alicuius peccati gravis in ipsius observantia rei non sunt, quod sufficit ad hoc, ut ab officiis non excludantur, si alias ex virtute, & malitia, aut ex alio notabilis defitu indigni, vel incapaces non censemuntur: illi siquidem qui studio, ætate, & observantia diurna vires ad austeriorates corporales subtilandas amiserunt, prudentia tamen, experientia, scientia, & zelo robustiores, ac magis sanos, seu juniores sunt supergressi eisdem aptiores creduntur ad spirituale Gubernium Religionis. Ad Vicarios autem Monasteriorum, Monialium S. Clariæ Tertiæ Ordinis, & Immaculatæ Conceptioñis assumantur solum Viri pii scientia, ac zelo Religionis prædicti, ætatem 40. annorum excidentes, qui de earum Institutis, & modo conducti animas Deo dicatas ad spirituales cum sponsio æternæ nuptias sint plene instructi, & si

PP. Dif-

Guardianus & Vicarius Monialium.

PP. Diffinitiori contrarium fecerint, sciant, se rationem Domino reddituros de exiguo ipsarum profectu in via perfectionis.

Lecturarum Philo-
phie, &
Theologiae
per examen
concedenda-
rum.

Judicium ex-
minis, cuius
formula pra-
scribitur.

§. 5. Sub praefata tamen officiorum distributione non debent cadere Lectores Philosophiae, aut Theologiae, propterea quod cum pauci sint numero concurrentes, & expediatur ad haec munera promovere non solum sufficiens, sed optimis, si praedicta lege distribuantur sepe contingit, ut compellantur Electores eos promovere, qui forte minus perspicaces sunt (ne alternativæ legibus contradicant) postpositis habilioribus, & ad docendum aptioribus cum summa honoris Provincia, & rei literariae jactura. Ideo pro promovendis Lectoribus Philosophiae proponi debet liber concursus inter Collegiales tantum Albanensis Collegii, qui saltem in eodem Collegio unum cursum ab exacto Theologiae triennio compleverint, & contra quos nulla in Regulari disciplina infamia fuerit suborta (hi enim a Collegio arcendi sunt, qui vero in ipso conservant, eo ipso censentur sufficietes, quo ad morum probitatem), & ex his illi eleguntur, qui in literario examine majora derunt profectus, & futurae utilitatis specimina, undecimque sunt, & omni respectu posthabito.

At ne privata affectio in publicum praividicium aliquando detorquerat præfens concordatum, per Diffinitoriun Provincia sex Judices hujus concursus deputentur, ex quibus unus, & præcius erit Minister Provincialis, si concurrere voluerit, vel alius, cui suas vices commiserit, & cum ipso duo Lectores Theologiae Jubilari, vel actuales de suo corpore, & pro alio corpore tres Lectores, vel Jubilati, vel actuales, & qui de corpore trium Nationum assumentur, unus de una, & unus de alia, & unus de tertia Natione elegantur, & si Minister fuerit de hac parte ipse pro sua Natione Judex erit: hi prius quam concursum aperiant, in unum congregati, septimum elegint de illo corpore, de quo non est Provincialis, qui solum suffragium feret in casu, quo non contingat Electio per suffragia sex Electorum Provincie, & omnes separam coram Secretario examinis per Provincialem depurandum, juramentum facient super quatuor Sancta Evangelia de bene eligendo his verbis: *Ego N. Judex deputatus ad promotionem Lectorum Philosophiae, quorum examen, & concursus in proximo sunt, Iuro per hanc Sacrosancta Evangelia D. N. Iesu Christi, qua manu tango, sub pena perjurii, & aterni reatus, me illos electurum ad praedictas lecturas, nullo habito privato respectu Patriæ, sanguinis, vel affectionis, quos ex vi examinis, & concursus iucundi, magis habiles, & idoneos cognovero ad hoc munus obendum cum Provincia utilitate, & Discipulorum profectu: sic Deus adjuvet, & haec Sancta Evangelia.* Et de juramento Secretarius examinis actum rogabit, quod ab omnibus subscriptetur finito examine de more Provinciae, & ad praescriptum Statutorum generalium convenient prædicti Judices, & Praeses proponet unam lecturam, & unusquisque ex sex Electoribus mittat in Urnam nomen illius, quem estimavit aptiorem, quod ut facilius & brevius fiat, poterit quilibet portare series sufficiens omnium nominum concurrentium, & si aliquis in eo scrutinio reperitur habuisse quatuor suffragia, ille erit ipso jure electus. Sin minus relinquant pro secundo Scrutinio duo illi, qui plura habuerunt suffragia, & si hi reperiuntur in secundo Scrutinio æquales, adhibeat septimus Judex, qui suo suffragio item dirimat; si vero contigerit, quod in primo Scrutinioendum non sequitur electio, sed propter suffragiorum dispersionem, aut æqualitatem non possunt haberi duo illi, qui remaneant pro secundo Scrutinio, adhibeat septimus, & omnes secreto elegant unum ex illis excludendum, qui

erit ille, qui plura habebit suffragia, & si opus sit, sic fiat, quoad usque secundum Scrutinium reducatur ad duos, ex quibus sex Electores elegant, sicut dictum est, & in casu æqualitatis, adhibito septimo, electio resolvatur, & unius Conventus provisa lectura, prosequantur ad alium sub eadem formula.

§. 6. Pariter Collegiaturae prædicti Collegii Albanensis per concussum, & examen providentur, vocatis illis, qui expleto triennio Theologiae testimonio Lectorum, sub quorum disciplina studuerunt, apti sunt concurrere, qui quidem in prædicto Collegio ultra triennium non commorabuntur, sed triennio expleto ad aliquem Conventum studii Theologiae, seu Philosophiae mitti poterunt, indispensabiliter locum cedant aliis: si qui vero Judicio Ministri Provincialis ex his, qui Collegium absolverunt, apti concursui lecturæ censebuntur; poterunt etiam ad eumdem concussum vocari. In prædicto vero Collegio censuerunt, mutandam esse methodum exercitii videlicet, ut non exponantur disputatione nisi selectiores, & utiliores quæstiones unius tractatus, quibus bene intellectis aliae quæstiunculae facile patent, & ut locus sit, ut Collegiales melius præparentur, nonnisi una quæstio quotidie, vel mane in aestate, vel vespero in hyeme exagitetur, disputatio tamen post propositionem, & probationem conclusionis ad duas integras horas protendatur: finito vero uno tractatu, alius incipiat, & principaliores etiam quæstiones discutiantur, & postea ad alium fiat processus: nam hoc modo poterunt potiores tractatus totius Theologiae uno triennio percurri, sed ne Philosophiae difficultates exolecant, die Jovis, & Sabbati (singulis namque diebus exercitia habenda sunt) proponant defendens duas conclusiones Philosophicas loco conclusionis Theologiae, de quibus fieri controversia, una hora de prima, & altera de secunda, & haec in quæstionario præfigentur juxta ordinem, quo in cursu Philosophico traduntur. Circa alia autem, qua ad mores religiosos, observantiam Regulæ, cultum Divinum, ac disciplinam regularem spectant, executioni mandentur Statuta Provinciae pro dicto Collegio edita, eaque introducantur, qua pro simili alio Collegio confirmata inveniuntur in Brevi san. mem. Innocentii XI. Ecclesiæ Catholicae incipiente, die 18. Septemb. 1685. promulgato.

Collegiata-
rum Collegii
Albanensis,
pro quo Stu-
diorum meth-
odus tradi-
tur, ne non
regularis dif-
cipilæ.

§. 7. Etiam convenerunt prædicti PP., quod nec Prædicatores præcipui Conventuum, qui Conventuale dicuntur debeat cadere sub legibus prædictæ distributionis, sed quod libere elegantur per Diffinitoriun illi, de quibus magis sperari possit Auditorum profectus, & Religionis decus, non attendendo, an sint de hac, vel illa Natione, minus enim in re tanti ponderis duxerunt habendam esse rationem de unius Nationis satisfactione quam de Dei servitio, proximorum ædificatione, & splendore Provinciae.

Tandem Præ-
dicatores
præcipuo-
rum.

§. 8. Consimiliter, ut personarum omnis periculosa acceptio præcludatur, nulli ex his, qui in Provincia prædicta vestiri desiderant, habitus denegetur, undevis sit, eo respectu, quod sit de hac, vel illa Natione, sed quot quo reperientur Sacrum habitum, Deo vocante postulare, si habeant qualitates per Apostolicas, & Ordinis Constitutiones præscriptas, & numerus Fratrum receptionem non impedit, sine cunctatione acceptentur, & ad omnem fraudem in re tanti ponderis, & quæ pacem tamdiu desiderat turbare sufficit, Superior Provincialis, qui fuerit de opposito convictus, pena privationis a suo munere irremediabiliter coeretur. Ne vero numerus Fratrum plus justo possit excrescere sub eadem pena cohabetur, ne aliquos Juvenes admittat ad habitum, præterquam in Conventibus recitationis, prout antiquus Provinciae mos semper

Ut nullus ex-
cludatur un-
devis sit a re-
ceptione ha-
bitus.

Ut omnis
cura adhi-
beatur in elec-
tione Magis-
trorum No-
vitorum.

Ut vitentur
longiora iti-
nera Religio-
rum.

Ut certa le-
ge amovean-
tur juvenes
professi.

tulit. Ad officium autem, seu munus Magistri Novitorum Viri probi, experti, Zelo Religiosi pollentes, devoti, ac maturæ ætatis assumentur, qui eidem cum decore Ordinis, & profectu Juventutis Deo dicata planè, ac congruenter satisfacere queant, & si possibile fuerit, fint Diffinidores habituales, seu Lectores, aut Prædicatores Jubilati, vel saltem Exguardiani, & in observantia Regulæ, & exercitio Orationis mentalis satis versati, & qui laudabiliter huic muneri operam navaverint, ceteris præferantur, in remuneracionibus a Capitulis, seu Congregatioibus in futurum impertiendis.

§. 9. Præterea concordes dixerunt, quod ad prævacendum inconveniens, quod urgebat postulantes divisionem ex longissimo intempestivo, & periculo Fratrum discursu dimanans in notorium damnum salutis corporalis, & pura Regulæ observantiae notoriām jacturam, & præjudicium, deinceps Superior Provincialis Fratres, qui sunt de familia in Conventibus, citra Montes non destinabat ad Conventus ultra Montes, & multo minus ad distantes, vel e converso, nisi publici munera, vel studiorum causa, sed Conventuum indigentia succurratur per Fratres assumptos de Conventibus viciniis, vel viciniis. Quod si aliquando contrarium practicari oporteat, saltem ita transitus moderetur, ut non compellatur Frater, qui est in remoto citra Montes Conventu, convolare ad remotum ultra Montes, & operam dent, ut prædicti transitus non fiant, nec summa ætate, nec summa hysme ob immensis utriusque in illis partibus stationis periculum; Provincialis autem, qui sub prætextu puniendi aliquem Religiosum, seu alio quovis titulo contrarium fecerit, severè puniatur a Superiori Generali ab eoque si excessus nimius fuerit, & iteratus, ab officio suspendatur. Eademque poena plectatur, si dyscolos, litigiosos, aut inobservantes ad Conventus Recollectionis transmiserit, ii siquidem in Conventus tanquam destinati ad exercitia Orationis Mentalis, & purioris observantiae Regulæ, præfervandi sunt ab omni eo, quod ipsi in similibus exercitiis præjudicium afferre queat, ac pro moderatione, ac punitione excessum præfatorum Fratrum aptiores creduntur Conventus principaliores Provincie, in quibus facilius reprimuntur tam metu carceris, & supplicii, quam auctoritate Superiorum, & Patrum, quibus abundare, & ornari solent Communitates præfatorum Conventuum.

§. 10. Cum discursus Fratrum recenter professorum, & parum in observantia Regulæ radicatorum perniciossimus sit, & capitalis origo Regularis disciplina relaxationis, quia cum parum sint assueti indigentias, & pressuris itinerantium, facile refrigerant, & sibi suadent in quavis etiam communi necessitate, omnia licere, quæ contra jus Divinum non sunt, esto Regula quam professi sunt prohibentur, hic tamen inordinatus abusus in prædicta Provincia nimis, non sine aliqua partialitatë suspicione invaluerit, cum Juvenes statim, ac professionem emittunt, studiorum causa compelluntur longissime iter facere, & si in Collegio locus non sit, iterum regredi ad Conventus, in quibus non sunt professoria nec sub disciplina Magistri Clericorum, prout par est, degunt. Inharentes prædicti Patres Apostolicis Constitutionibus Clementis VIII., & Urbani VIII., necnon decretis Sac. Congregationis super statu Regularium, quibus præcipitur, ut recenter professi, si a loco Novitiatu discedere necesse sit, ut subintrantibus Novitiatu locum cedant, destinantur ad Conventus, in quibus sunt professoria, ubi sint sub cura, & disciplina Magistri Clericorum, in quibus simul disciplinæ Regulari, & Literis debent operam navare, usque simul præcludatur aditus

querelæ aliquarum Nationum ortæ super eo, quod sui Clerici de studiorum commoditate non providentur, concordant, quod omnes Clerici postquam professionem emiserunt, destinandi sunt ad studia Philosophica, in quibus ipsis assignetur locus distinctus a loco Sacerdotum, & ibi sint (prout Provincia habet in praxi) sobura Magistri Clericorum, & disciplina Lectoris Philosophiae, ut nullus possit conqueri sub prætextu denegatae studendi opportunitatis, prout hec Italia familia non sine fructu perpetuo est executæ a tempore Vicariatus S. Joannis de Capistrano, qui in suis Statutis Cap. 9. in fine ait, fe ad hoc fuisse inductum insinuatione SS., & fel. rec. Eugenii IV., & plurium S. R. E. Cardinalium exhortationibus.

§. 11. Ulterius desiderantes quantum possibile sit, Juvenum discursibus obviare, & operam dare, ut Philosophicis disciplinis simul cum morum ornatu ditentur, & commodius instruantur, necnon quod onus Clericorum dividatur aequaliter inter Conventus præcipuos, tanquam expediens judicarunt, quod in Conventibus Salmanticæ, S. Jacobi Legionis, & Oveti, in quibus modo traditur solum Theologia deinceps tradatur etiam Philosophia, sic ut numerus studentum utriusque facultatis non exceedat numerum eorum qui de præfenti Theologiz tantum student, & ad supplendum numerum, qui videtur desiderari, erigantur utriusque facultatis studia in Conventibus Monfortensi, & Aurensi, in Conventibus vero Zomatensi, & Tarenti, ac Tudensi solum Philosophia tradatur. Hinc enim primo assequi posse sperant, occurrere juvenis discursibus magna ex parte, quia cum in pluribus ex his Conventibus sit Novitiatu, quando ubi incipit cursus Philosophicus, possunt in eodem Conventu, in quo professi sunt, studere primo Philosophia, & postea Theologia, deinde melius instruantur in disciplinis Philosophicis ex concurso studii Theologiae. Nam Lector Philosophicus coram Theologis sedulo munus suum obire cogitur. Ulterius Theologi species Philosophicas assistendo conferentis hujus facultatis excitabunt, quod ut commodius sit, si disponentur, ut die Lunæ, Mercurii, & Veneris fiant conferentiae Theologicae, diebus vero reliquis Philosophicæ. Denique Conventus graviores aequaliter sentient Clericorum gravamen, sed ne per hoc videantur Lectores plus justo multiplicari, duxerint statuendum, quod in nullo studio, praterquam in Salmantico sint nisi duo Lectores Theologiae, & in nullo sit Magister Scholasticorum: hoc enim exercitium penitus odiosum videtur, sed unusquisque Lector Theologia suas Conclusiones defendet in Aula, alternando per hebdomadas, ea vero, que Salmantica, aut alibi præstare solet extra Conventum Scholasticorum Magister modernus Lector Theologia præstare tenebitur, & hoc modo minori numero Fratrum, quam de facto occupantur in quatuor studiis Theologicis Provincia, sex studia auctoratus, & commodius subsistent.

§. 12. Sed quamvis omnes Clericos ad professoria mittendi sint, in quibus Philosophicis disciplinis studeant, non propter ea omnes indistincte ad Theologica studia post Philosophiam positum tyrocinium sunt destinandi, sed illi dumtaxat, qui posito examine reperti fuerint in Philosophia ita profecisse, ut de ipsis sperari possit, quod in Theologia progressus facient, & vel Lectores, vel Verbi Dei Concionatores competentes evadere poterunt. Reliqui vero, qui ad Theologiam Scholasticam sufficientes reperti non fuerint, ad studia Theologiae moralis, quæ olim consultissime per Statutum Congregacionis Tolent. 1673, fuerunt erecta in Conventibus Asturicensi, & Corunnensti, & nunc denuo sunt

instau-

Ut in certis
Coenobij
erigantur Le-
cture.

Ut Clerici
indiscrimi-
natim non
addicantur
quibuscumque
studij.

instauranda, remittentur, in quibus per trienium operam dantes sub disciplina Lectorum, de quibus infra, si habiles reperti fuerint confessionario destinabuntur, sin minus perpetua Chori sequela, & Altaris servitio, aliisque Conventuum Ministerii mancipabuntur.

Ut ad habi-
tum recipian-
tur idonei.

S. 13. Ne vero Provincia Fratribus inutilibus injuste gravetur sub pena privationis vocis activae, & passiva per decennium voluerunt praedicti PP. nomine suorum Principalium remanere obstrictos Ministros Provinciales, qui admittunt ad habitum Juvenes, qui humanioribus literis non fuerint competenter instruti; quod ut facilius executioni mandetur Minister nullum admittat, quem in consensu discretorii Conventus non examinaverit, vel Guardianus de ejus commissione, sed ipse Minister dum Provinciam visitat, tenet iterum ab ipso non examinatos experiri, & si invenerit Examinateores deliquisse tanquam Religioni injurios eadem pena punire, juvenemque expellere, nisi forte fuerit ad moderandum Chori, vel Organa pulsa data receptus, cum quibus poterit mutius instituere examen, sed hi post emissam professionem ad aliud Ministerium Literarum minime contendant.

Ut modus
imponatur
licentia ege-
diendi e
Coenobio.

S. 14. Eundem finem bonae educationis juvenitibus praec oculis habentes, & adhaerentes Decretis Apostolicis memoratis, necnon diversis Ordinis Statutis, pena privationis ab Officio voluerunt ipso facto, & irremediabiliter coercendos esse Guardianos, qui Juvenes Philosophiae studentes, sub quo visu pretextu foras mitunt, excepta causa Sacros Ordines recipiendi, aut, qui eos extra Conventum quaestuandi causa, etiam in loco, ubi constitutus Conventus, exire permitunt, praterquam in actibus Communia, vel aliquando omnes simul recreacionis causa; verum si aliquando, eti rariissime exire oporteat brevi reversurus Juvenis aliquis non nisi associatus suo Magistro Conventu exeat, & cum eodem incedat, & regrediat, Sacerdotes vero studentes nonni extra tempus lectivum de consilio, & consensu Lectorum necessitate postulante extra locum egredi permittantur.

Ut nonnulla
serventur in
electione, &
collatione
privilegio-
rum Prædi-
catorum.

S. 15. Alia eaque non levis occasio itinerandi nascitur ex abuso designandi in singulis Capitulis, five provincialibus, five intermediis, tres aut plures Prædicatores Conventuales pro singulis quibusque Conventibus contra mentem Statutorum Segovienium, quæ dum de ipsis mentionem faciunt, videntur supponere, unum debere esse tantum in quovis Conventu. Ideo dixerunt prædictam corruptelam, ex qua ultra ansam prædictorum discursuum, etiam nescitur, quod plures Fratres, quam oporteat exemptionibus gaudent, omnino abolendam esse, unumque solummodo Prædicatorem debere esse in unoquoque Conventu, qui gaudent prærogativis, & exemptionibus debitis prædictis Prædicantibus per Statuta generalia; ipse tamen tenetur omnes conciones, intra Conventum, & in Ecclesia Matrice solus facere. In Conventibus vero principalioribus, in quibus infra annum est multa copia Sermonum, dabitus ipsi Coadjutor, cui inferiores exemptiones suo proportionatas labori, Diffinitorum taxabit, & quia experimento comprobatum est, quod ob remunerationis defectum, Prædicatorum munus elanguit, ad accendendos animos judicarunt, quod in Conventibus studii Theologici, five Scholastici, five moralis, statuatur ea series Quadragesima, quæ observatur in Conventu Taurensi, & Prædicatores, qui per duodenium laudabiliter munus suum in his Conventibus obierint fine interpolatione, & postmodum per triennium integrum Officium Visitatoris Tertii Ordinis, aut Magistri Novitiorum excuerunt in quovis Conventu, in quo floreat præ-

dicatus Ordo, vel Novitiatus existat, gaudeat prærogativis sedendi immediate post Lectores Jubilatos, & alii exemptionibus ipsis competentibus sub titulo Prædicatoris Jubilati, excepto suffragio, sed sicut Jubilatis est praefixus numerus, ita & illis præfigatur, scilicet, quod solum octo antiquiores debeant gaudere, reliqui vero optare in horum vacantia juxta Ordinem sui jubilationis. Interim vero gaudent supra Prædicatores Conventuales; si vero per sexennum post duodenium Prædicationis, Visitationis prædictæ, vel Magisteriatus, Novitiorum munus exerceant, gaudent inter Diffinitores habituales, nec locum illis cedant, qui postea ad Diffiniti habituallis gradum condescenderint, nisi antea jam sint Diffinitores actuales: utrumque enim munus longe excedit sexennum solius Visitationis, cui in Statutis generalibus 1633. taxatur præcedentia inter Diffinitores habituales, & qui hoc secundo modo suam Jubilationem fuerint assedit, omnes absque ulla restrictione statim ac per authentica documenta instar Lectorum constare fecerint laudabilitatem sui exercitii ad gaudendum admittantur.

S. 16. Gum ex concordatis in Superioribus studia Theologiae moralis denuo excitanda sint, & in ipsis maxime expedita præficere duos Lectores, qui cursum Scholasticum absolverint, qui resolutoria methodo, brevi, & facil tractatus morales percurrent, ut sub eorum disciplina habiles penitentiarii instruantur, ad predictorum Jubilarum incitamentum, concordarunt, ut Lectoribus, qui per sexennum post primam Jubilationem hoc munus laudabiliter obierint, tractando materias morales methodo resolutiva, & dictando opiniones sanas, securas, & magis probabiles, ac tuiores, prout debent, hoc sexennum computetur ipsis pro sexennio scribendi, & Typis dandi Theologiam Scholasticam positivam, vel moralem, & gaudent illis prærogativis, quæ per Statuta generalia Vallisoletana 1670. predictis Scriptoribus conceduntur. Si tam id per unum solum triennium fecerint, aut per idem triennium muneri Magistri Novitiorum, aut Visitationis Tertii Ordinis in uno e sex Conventibus principalioribus Novitiatum Provinciae vacaverint, præmemoratos Prædicatores Jubilatos sex annorum prefatorum numerum, precedent. Ceterum nec his, nec Prædicatoribus Jubilatis tempus computabitur ad predictas prærogativas obtinendas, si simili fuerint Guardiani eorumdem Conventuum. In præfatis autem prærogativis nullum debet intelligi concessum Jus subrogandi.

S. 17. Ut vero necessarii, & inexcusabiles transitus studentum, & Lectorum opportuno tempore fiant, neve Juvenes diu post professionem emissam studia desiderent, & denique, ut omnes integrum, tam Philosophia, quam Theologiae triennium adimplant, concordarunt, quod singulis quibuscumque annis debeant incipere aliquot studia Philosophia, in quibus locentur Juvenes recenter profesi, & ad hunc finem instituatur concursus pro Lectoribus eligendis eo tempore, ut possint prædicti Lectores incipere die sequenti commemorationem Defunctorum, quæ omnia studia Provinciae debent aperiri, & clandi pridie ad Vesperam Seraphici Doctoris B. Bonaventurae, abrogata consuetudine, quæ hucusque invaluit contra morem, & praxim omnium Religionum, videlicet quod studia incipiunt, & terminantur per Capitula Provincialia, & intermedia: ex qua pullulabat illud inconveniens, quod aliquando ob dilationem Capitulorum studentes per septennium detinebantur, non dato loco spectantibus, aliquando ob anticipationem eorumdem solum per quinquennium Philosophia, & Theologia operam dabant contra præscriptum Statutorum Generalium, & bo-

Ut Lectores
Morales cer-
ta lege privi-
legii fruan-
tur.

Ut certa le-
ge complean-
tur studio-
rum curri-
culi.

nam studentium educationem, siquidem Lectores his suppressi accidentibus, nequeunt suas Lectiones, & tractatus, prout expedit, regulare. Illud vero infallibiliter observetur sub pena jubilationis non obtinenda, quod lectura nulla interruptione Adventus, & Quadragesima discontinueretur, sed Lectores iiii temporibus certe opportunioribus pro studiis incessanter dicent, nec possint, aut debeant predicare, nisi forte in loco ita Conventui vicino, ut Sabbato post prandium possint exire, & regredi Dominica, ad continuandam Lecturem, si quis vero Guardianus sub quovis praetextu huic articulo refragari tenuerit, privatione sui muneris sine cunctatione puniatur.

Ut quedam custodiuntur circa electionem Lectorum Theologorum Doctrinam edocendam, & gradus fusci piendos.

J. 18. Circa electionem Lectorum Theologorum concordarunt, quod sine novo concurso per Diffinitorium assumentur ii, qui cursum Philosophicum absolverunt ordinate, ut qui prius Philosophiam docuerunt, prius ad Theologiam tradendam vocentur, nisi aliquis ita immineat, ut ipsius Diffinitorii judicio, Religionis decori, ipsum aliis praeferre, summopere expediatur. Quia vero, ut ipsi PP. concordantes plures audiunt, Romana Curia anxie desiderat, ut Doctoris Seraphici Doctrina, qua ab omnibus ubique commendatur, ut pia, solida, & devota vigeat in Religione nostra, expediens judicarunt, ut Lectores tradant doctrinam ipsius Seraphici Doctoris simul cum doctrina Subtilis, utriusque opinione, qua ut plurimum convenienter ex utroque erundo, confirmando, & defendendo, ubi vero contraria sunt, & concordari nequeunt, eas problematice tradendo: Sic enim brevi fiet, ut a Provincia D. Jacobi derivetur in alias Hispaniae Provincias doctrina Seraphica cum maximo Scholae nostrae splendori, sicut at eadem propagata est Doctrina Scotti: ad utrinque maiorem dilucidationem, ordinisque decorum, in Universitatibus Salmantina, Ovetensi, & Compostellana poterit Minister Provincialis de consilio, & assensu Patrum Diffinitorum nullo alio expectato viros idoneos eisdem Universitatibus presentare, ad hoc ut in eis gradus juxta Statuta Toletana, tam Congregationis Generalis anni 1673, quam Capituli Generalis anni 1682, & ipsorum declarationem a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium die 29. Decembris 1687, approbatam rite recipiant; in unaquaque tamen presentatione pro qualibet Universitate duo tantum assumentur Religiosi presentandi, unus et parte Gallarum cum suis incorporatis, & alter et parte Castellanorum, cum aliis eisdem adhaerentibus, & aliquo ex his decedente, poterit alter ex eadem parte substitui, ut numquam aliqua e praeeditis partibus simili honore fraudata, vel inqualiter cohonestata, ac praedita reperitur. Et in omnibus, qua ad hanc materiam tam intra, quam extra Claustra spectant Conventus, & Fratres prememoratae Provinciae ex Privilegiis, & Indulchorum communicatione gaudebunt, qua confirmata inventur in Constitutione san. mem. Innocentii XI. *Exponi Nobis*, die 5. Septembris 1686, expedita.

Ut libri, & alia decedentia Religiorum concedantur Cœnobio.

J. 19. Ut memoratae Provinciae communes Bibliotheca pristino splendori restituantur, & in dies cum prefecto studiosorum augeantur astimant omnino opus esse, ut Statuta Capituli Generalis 1653, a fel. rec. Urbani VIII. de hujus Sacrae Congregationis consilio approbata, & nuperrime a san. mem. Innocentio XI. suis Literis *Exponi Nobis* sub datumi 1685, specifice innovata, & confirmata usu, & inalterabilis præroborentur. Uteriuscum jam per Literas fel. rec. Martini V. incipien. *Ad hoc cura*, pro hac eadem Provincia specialiter editæ, præscribatur, quod libro decedentium Fratrum Bibliotheca illius, in quo decesserint, Conventus integrè applicentur, prædicti PP. cupiente earum

augmentum, dixerunt, quod hujusmodi libri ipso jure prædictis Bibliothecis respective Conventuum, in quibus Fratres eos habentes e vita migraverint, fint applicati, quin vel Guardianus, vel alius Frater, aut Superior quicunque, etiam Generalis alias, vel alio modo de eis disponere valeat sub poenis in prædictis Statutis, & Literis Apostolicis impostis contra extrahentes libros, vel alias Scripturas ex communibus Conventuum Bibliothecis. Pariter quæcumque alia a decadente Religioso superfluerint, cujusvis sint conditionis, eodem modo, ipso jure eidem Conventui censeantur incorporata, & Officini ejusdem respective applicentur, quibus publico commodo opportunius valeant accommodari, prout de eorumdem Religiosorum superstitionibus libris, & Ecclesiasticis ornamentis memoratis Literis Martini V. dispositum inventur, quin Guardiani, vel Superiores alio modo disponendi facultatem habeant.

J. 20. Attamen si ratione editionis alicujus libri, vel alterius similis necessitatibus concessum fuerit alicui Religioso, quod possit recurrere ad Sindicum Apostolicum, & ad hunc finem sint in ejusdem Sindici potestate eleemosynæ pecuniarie ab iis, qua pro communibus Conventus necessitatibus reponuntur a Benefactoribus, distinetæ, & prædicto Religioso decedente, eleemosynæ ejusmodi, aut alia quæcumque pecuniarie, non debent incorporari, & confundi cum eleemosynis Conventus, sed Guardianus cum Discretis Conventus, debet quam citius potuerit sic agere, ut prædictæ eleemosynæ deponantur apud Sindicum totius Provincie, a quo Chirographum subscriptum de eorum receptione accipiat, & hujusmodi tradito, earum rationem Diffinitorio Provincie exhibebit, a quo, & non alio auctedictæ eleemosynæ applicentur simili, vel differenti necessitati, prout ipsi visum fuerit expedire, quod intelligi debet, nulla decedentium Fratrum exceptione habita, sive scilicet Guardianus esset, sive Provincialis, vel alio quovis gradu actuali, vel habituali gavissus fuisse prædictus Frater, qui decesserit; nam semper, & in omni eventu de superstite pecuniaria Fratrum eleemosyna hac modo disponendum est.

J. 21. De eleemosynis vero jam applicatis pro expensis Capituli tam Provincialis, quam intermedii, & aliis publicis Provincie necessitatibus, iis præcipue, qua ex propinis quibuslibet, & ex Provincia Missis Dominicis resultant, tenetur Minister Provincialis eidem Diffinitorio rationem reddere claram, & distinctam, quam Diffinitorium pro iustitia, vel approbet, vel rejicit, & quod residuum fuerit applicet, ut publica utilitati magis expedire cognoverit: quod si Minister prædictum Computum reddere renuerit, penitus Proprietariis impostis plectatur, & si fraus aliqua, vel dolus in eo reddendo deprehendatur, vel aliquam pecuniam sibi sub quocumque praetextu, aut motivo reservaverit, ab eodem Diffinitorio privilegiis Exministrorum Provincialium in perpetuum privetur, nec unquam habilitari queat, nisi de consensu totius Capituli Provincialis per secreta suffragia præstanto. Si autem Diffinitorium in præmissis negligens fuerit, a Superiori Generali ad parentum compellatur, procedendo contra singulos Patres usque ad penam privationis Officij irremissiblem infligendum.

J. 22. Ceterum quia mutua Fratrum, & Conventuum obligatio postulat, ut si fratres nihil sibi ex preventibus undecimque venientibus reservant, prout supradicta statuta anni 1633, prescribunt, Communitas eisdem in necessariis non deficiat, idcirco innovandas astimarunt omnes Ordinis, & Apostolicas Constitutiones, qua præscribunt, ut Superiores Locales omnibus suorum Fratrum necessitatibus ita provi-

Ut eorumdem pecunia applicentur a Diffinitorio Provinciae.

Ut Minister Provincialis ratione redat eleemosynarum receptarum.

Ut Superioris consulunt Religiosorum necessitatibus.

ur disciplina
regularis a
Fratribus, &
Monialibus.

deant, ut nihil, quod pro bono publico, aut pro
viatu, & vestitu, ac studiis Religiosorum, eo-
rumque transitu de uno ad alium Conventum,
seu pro mercede Vecturæ literarum, iteratione
pro gravi Religionis negotio, aut exacta execu-
tione muneris sibi demandati, & aliis hujusmodi
indigeniis attendendis secundum uniuscujusque
gradum, & qualitatem, ac benemerentiam in
Religione, necessarium sit juxta Discretorum
Provinciæ, vel Conventus respective dictamen,
& Judicium ipsis quovis prætextu denegetur,
alioquin ultra quam Superiores rei erunt Frat-
rum transgressionis, & ad pecunias recursus, si
secus fecerint, sint suo munere ipso facto privati,
& ad alia Ordinis Officia inhabiles per sexen-
nium, nec ullo gaudeant habituali privilegio
ratione ante acti muneris, seu officii, si ex sub-
scriptionibus, & attestacionibus fratrum suæ
Communitatis ad Congregationes intermedias,
& ad Provincialia Capitula transmitendis consta-
re non fecerint Provinciae Diffinitorio, se juxta
Discretorii Judicium præfatae obligationi ex in-
tegro satisciscie. Unde in quovis Conventu
Prædicatorum, Lectorum, & aliorum fratrum
Cellæ instruantur paupere, & necessaria Supel-
letili, respectu habito ad statum uniuscujusque,
ut scilicet Cellæ Prædicatorum, & lectorum,
ac Confessariorum, ultra mensam, lucernam,
humiles fedes, & lectulum (quibus juxta lauda-
bilem Provinciae moderationem quævis Cellula
instrui debet) competenti librorum numero,
sua professioni opportuno, exornetur, itau Reli-
giosus ex uno in alium Conventum decedens,
nihil quod sit transportari necesse habeat præ-
ter proprios labores, & manuscripta, quæ om-
nia, & pauculos exquisitos libros, si in usu ha-
buerit Conventus, unde recedes, ad Conven-
tum ad quem accederet, transportare tenebitur
sub eisdem penis Superioribus respective insi-
gndis. Porro sub eisdem penis teneantur Guar-
diani enixe operam dare, ut quam primum in
uno quovis Conventu unus institutus locus, in
quo habitus, tunica, & femoralia pro servitio
Fratrum conserventur, cui præficiatur Religio-
sus, qui eorum conservationis, & munditiae
curam gerat, ut dum Religiosis ex communi ne-
cessaria obvia sunt, privata suppelletilis usum
non affectentur, eti affectent, Jure possiat a suo
Prælato, omni tergiversatione præclusa, puniri,
& ad observanda, quæ promiserunt Domino,
coerceri. Pro Infirmis vero tam actualibus,
quam habitualibus valetudinarium in singulis
Conventibus, vel salem in principalioribus, ad
quos cæterorum Infirmi deferri queant, quan-
ctius constituantur, in coque Fratres omnes,
cum ægrotaverint, sedulo, ac charitable current;
habituelles vero de necessariis rebus exa-
cte provideantur, si alterius Conventus fuerint,
inde nisi recuperata sanitate abire non permit-
tantur, ipsorumque Superiores illud subsidium
ex communi sui Conventus, Communitati illius,
in quo valetudinarium fuerit, præstabunt,
quod in Provinciae Diffinitorio taxatum fuerit.
Constituantur etiam ex communibus Provinciæ
eleemosynis, seu erigatur a Ministro Provinciali
sub pena privationis Officii ipso facto incurren-
da, infra unius anni spatium officina in uno e
Conventibus ad id commodioribus, in qua con-
fici queat sagus vulgo *Sayal* pro induendis om-
nibus Provinciae Fratribus, qui omnes ex eodem
in posterum velliri teneantur, alias vero indui
ad officia, & dignitates Provinciae inhabiles
indispensabiliter censebuntur: Sagus autem illius
coloris erit, quæ ex lana alba, & five naturali-
ter, five artificialiter nigra, sine ullius alterius
mixtura resultare valet, in ipso tamen, & in aliis
Fratrum indumentis ea vilitas ostendatur, in
qua asperitas, & paupertas Minoritica alte re-
lucere possit. Quoad cuncta alia, quæ ad disci-

plinam regularem tam Fratrum, quam Monia-
lium spectant, exacte debebunt observari De-
creta reformationis pro uno, & altero regulari
statu a fel. rec. Clemente VIII., & Urbano VIII.
edita, necnon Brevia Alexandri VII., & Cle-
mentis IX. pro Monialibus Regnorum Hispaniæ,
ad instantiam Regiam jam pridem pro-
mulgata, statutaque generalia Ordinis, & præ-
cipue Romana anni 1688. prædictis Decretis
Apostolicis exacte coherentia.

§. 23. Quoad Tertiarios vero, & Cordige-
ros, serventur statuta, seu Decreta Capituli
Generalis Romæ, ut præfertur anno 1688. cele-
brati, omnimodaque adhibeatur cura, ut in
cunctis Fraternitatibus erectis, seu erigendis
in Ecclesiis Conventum, seu Monasteriorum
prædictæ Provinciae exercitium Viæ Crucis, &
orationis mentalis quamcūtis stabilitur, coque
introducto, una è Dominicis, seu diebus festivis
pro quolibet mense à superiori locali de assensu
discretorii Conventus, seu Monasterii in perpe-
tuum assignabitur ad consequendam Indulgenciam
plenariam novissime à SSmo D. Nostro In-
nocentio XII. in Brevi: *Ad ea benigne conce-
sam*. Et quia Indulgencia Stationis Sanctissimi
Sacramenti revocatae non sunt, ipsius recitatio
quotidiana omnibus tam Fratribus, quam Mo-
nialibus, & Tertiariis secularibus enixe com-
mendatur.

§. 24. Quoad Tertiarios, seu Eremitas habitu
nostræ Ordinis, seu de pœnitentia illegitime in-
dutus, omnem adhibeant curam Visitatores Ter-
tii Ordinis prædicti, ut Ordinarii Locorum eos
irremissibiliter puniant juxta præscriptum Con-
stitutionum Apostolicarum, quas Sacra Congre-
gatio Episcoporum, & Regularium die 21. Marti
1686. eisdem executioni omnino mandare
præcepit. Legitime vero, ac rite indui poten-
tunt admitti ad pernoctandum, & demorandum
sub vulgari titulo, & habitu Donatorum in Con-
ventibus Provinciae; licebitque Guardianis eos
ad quæstandum transmittere; quando, & quo-
ties præsentia Religiosorum non fuerit necessa-
ria: Et dum hæc indispensabilis judicetur, mit-
tantur primo Laici Religiosi, secundo Sacerdotes
Confessarii, quarto Prædicatores vulgo Sabba-
tini dicti, quinto Prædicatores qualificati,
sextò Lectores Philosophiæ actualis muneris Le-
ctoratus non incumbentes, septimo Sacerdotes,
actuali studio, five Philosophiæ, five Theologiæ
applicati, nunquam tamen mittantur Cle-
rici choristæ apud Hispanos nuncupati, nec po-
steriores Patres in præfata serie appositi, nisi non
adit vel sint iam occupati, seu impediti ante-
riores, ut sic rectius consulatur recessui intra
clastra, quo quisque eorum indiget ad explen-
dum suum munus respective. Quæstuentes au-
tem si eleemosynas omnes ex integro communi-
tati non confignauerint, aut quidquam ex illis
sibi sub quovis prætextu, aut motivo reservave-
rint, pena proprietariorum a Guardiano inde-
fectibiliter puniantur.

§. 25. Conventus Recollectionis ad pristinum
sui Instituti rigorem quamcūtis redigantur, in
eisque Novitatus, & professoria pro Clericis,
seu Choristis constituentur, ut sicut alii pro
studii, & exercitiis literariis deserviunt, ipsi
pro educatione perfecta, & spirituali Juventutis
Provinciae in maxima habentur existimatione,
poteruntque ibidem admissi ad professionem,
& alibi profesi, ad eos tamen transmissi pro
opportunitate in bonis moribus radicatione, ex
illis ad studiorum Conventus a Ministro Pro-
vinciali juxta superiori disposita, sine ulla nota
transferri, nec non ad lectures, aliaque mune-
ra, & exercitia promoveri, quibus expletis, si
ad eosdem Recollectionis Conventus sponte re-
grederi voluerint, non poterunt impediri, ad hu-
jusmodi tamen regressum nullus erit adstrictus,

A recollectis.

quia

Ut certa lege
eligitur Vicaria
rus Provin
cialis.

quia valde expediens censem, quod omnes, qui Recollectionis Instituto sint mancipandi, speciali Dei vocatione illud libere, ac spontanea amplectantur.

S. 26. Deinde ad tollendas de medio difficultates, que emergere solent circa electionem Vicarii Provincialis in casu renunciationis, promotionis, vel mortis Ministri, quo casu statuta generalia 1651. praescribunt, quod dignior Provinciae Pater, penes quem remanet facultas convocandi ad electionem Vicarii, teneatur conscientia reddere Superiorum Generalium de vacantia praedicta, si consistat intra tres dietas a confinibus Provinciae, dixerunt, & declararunt, quod quando Superior Generalis Matriti consistit, ubi est regulariter eius Residencia a memorato Provinciae Patre digniori certiorari debet de praedicta vacantia. Si quidem Conventus Matritensis a Confinibus praedicta S. Jacobi Provinciae per tres Dietas non distat, imo, si attendantur utriusque Provinciae confinia vix sexdecim leucas distantiae inter ipsa computantur, unde necessario in praedicto casu Superior Generalis est adeundus, & si electioni praeseste voluerit, omnino expectandus.

Acceptatio
præmissorum
omnium, &
modus pe
tendi dispen
sationem su
per iisdem.

S. 27. Dixerunt postremo tam nomine proprio, quam eorum omnium, quorum procurationem agunt, se libere, ac sponte omnia superadieta pro firmo, stabili, ac perpetuo concordato a quovis Alumno Provinciae ex nunc posterum semper obseruando ad invicem acceptare, nec velle unquam contra aliquod ex præmissis quidquam praetendere. Declararunt tamen quod si circa ea, qua in praesenti concordia continentur & alias Brevi aliquo seu Decreto Apostolico usque nunc munita, & roborata non erant, aliquando necessarium, seu expeditius fuerit dispensare, vel quidquam addere, seu minuere, vel immutare, proponatur prius in pleno Capitulo Provinciali dubium, an expedit, seu necesse, num sit? Vel non? Quod dubium resolvetur per suffragia secreta omnium vocalium, adhibitis ad id Calculis albis, & nigris: Et si ex quatuor partibus Capitularium tres integræ fuerint pro una parte, & quarta solum pro altera, illud resolvatur, in quod dicta tres partes integræ converterint: parique modo postea debet procedi, cum devenientur ad dispensationem, additionem, diminutionem, seu immutationem, & hoc ita indispensabiliter, ut quilibet excessus ultra quartam partem, sufficiens sit ad impediendum illud, pro quo steterint suffragia ceterorum Capitularium, nec unquam poterit id resolvi per viam compromissi, sed semper sit a toto Capitulo non intermedio, sed Provinciali, & ad tempus tantum, pro quo talis providentia credatur necessaria, seu opportuna, si quid vero in posterum postulandum sit, vel a S. Sede, vel a Capitulo Generali, seu Superiore Ordinis, vel Familiae quocumque, ex quibus resultare queat, præmemorata dispensatio, aut additione, vel diminutio, seu immutatio sub eadem forma, & servato eodem Ordine, exquiratur prius consensus ejusdemmet Capituli Provincialis, praestans similiter per suffragia secreta a tribus integris partibus vocalium, eoque deficiente nullam vim obligatoriam habere posse, quavis dispositio, ordinatio, concessio, aut Constitutio ad introducendam aliquam novitatem, seu alterationem per quam gubernium præmissum, aut vita regularis Provinciae mutari, aut alterari queat; Qui vero contrafecerint, aut tentaverint, puniantur ad prescriptum statutorum Ordinis in Capitulo Generali 1688. innovatorum, & Constitutionum Apostolicarum Iulii Secundi, Leonis X. Clementis VII. Iulii III. & aliorum Romanorum Pontificum Successorum editarum contra indebet procurantes Indulta, & Privilegia, quacumque in simili, aut alia materia,

quas sa. me. Innocentii XI. in prædictato Brevi Exponi Nobis ultimo confirmavit, ligatique censentur ipso facto censuris ibidem taxatis, & præscriptis.

S. 28. Ad quorum omnium firmitatem, praesentatis prius suorum Principalium legitimis Procuræ mandatis, se die, menfe, & anno, ut supra propria manu subscripterunt Fr. Franciscus Diaz a S. Bonaventura, Primus Provinciae Pater, ac omnium vocalium pars Gallæcorum, & plusquam quingentorum Fratrum illius, necnon plurium vocalium, & Fratrum ceterarum partium Procurator. Fr. Benedictus de Noriega Lector Jubilatus, & Vocalium, ac Fratrum plurium Asturiarum, Legionis, & Castellæ Procurator. Fr. Didacus del Castillo Vocalium, & plurium Fratrum Extremaduræ, ac aliorum regnum Procurator.

S. 29. Quare exponentes predicti Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

S. 30. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, atque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innotescit existunt ad effectum praefectionis dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absoltas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, concordiam praefectionis auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplementus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

S. 31. Decernentes eisdem praesentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicutque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, judicari, & defniri debere, ac irritum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Compostellan., & Episcopo Oveten., ac dilecto Filio Scholastico Ecclesie Salmanticensi, per praesentes committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios eisdem praesentes Literas, & in eis contenta quacumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse in præmissis habentium, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficas defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos praesentium Literarum, & in eis contentorum hujusmodi commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permitentes illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebet molestari, perturbari, vel inquietari; Contradictores quoilibet, & Rebello per Sententias, Censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habent, servatis processibus, censuris, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Saecularis.

S. 32. Non obstantibus præmissis, ac fel. rec.

Bonifacii

Præces Pro
curatorum
partium.

Confirmatio
relata Con
cordie.

Clauilia.

ANNO
1694.

INNOCENTIUS DUODECIMUS.

229

ANNO
1694.

Bonifacii PP. VIII. prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in Judicium non trahatur, aliusque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit præfatorum Ordinis, & Provinciae, aliusque quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus præ plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanensuris; ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specia-liter, & expresse derogamus, ceterisque contra-riis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die XIX, Maii MDCXCIV. Pontificatus nostri Anno Quarto.

XLVII.

Conceditur Indulgentia Plen. Perp. in articulo mortis ægrotis in Hospitali Oppidi de S. Cloud Parisien. Dicecisis.

Similis Indulg. concessa fuit Hospitali SS. Salvatoris de Urbe Conf. ed. 1694. Jan. 5. Pont. 3. Et Conf. ed. 1694. Aug. 18. Pont. 3. conceditur Archihospitali S. Spiritus de Urbe.

Dat. 20. Julii
1694. An. 4.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Preces Ducas
Aurelianen.

Concessio
præd. Indul-
gentia.

Ex injuncto Nobis Divinitus Sacrosancti Apo- stolatus Officii debito Animarum saluti quantum cum Domino possumus, confulere cupientes, ac supplicationibus dilectissimi in Christo Filii Nostri Philippi a Francia Ducus Aurelianen. Nomine Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus ægrotis in Hospitali Oppidi, seu loci de S. Cloud Parisien. Dicecisis ab eodem Philippo Due (ut assertur) fundato pro tempore morientibus, in cuiuscumque eorum mortis articulo si vere penitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequerint, saltem contriti Nomen Jesu ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valuturis.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die XX. Julii MDCXCIV. Pontificatus nostri Anno Quarto.

XLVIII.

Conceditur facultas recitandi Officium, & celebri Miſſam B. Joanne Alphoni V. Filii Monialis Ordinis S. Dominici in toto Regno Portugallia, & d. Ordine ab omnibus utriusque sexus.

Confirmatus fuit cultus hujus Beatae Conf. ed. 1693. Apr. 4. Pont. 2. Et ab Inn. XIII. Conf. ed. 1724. Febr. 15. Pont. 3. cultus B. Andreas de Comitibus. Bened. vero XII. Conf. ed. 1726. Dec. 10. P. 3. est de B. Agneta Ord. S. Dominici.

Dat. 30. Aug.
1694. An. 4.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a
causis hujus
concessione
petitum.

E xigit injunctæ Nobis Divinitus Apostolice servitutis ratio, ut Sacrarum Virginum in

Bullarii Romani Contin. Pars VI.

Calis cum Christo earum Sponto regnantium cultum, & venerationem in Terris promovere studeamus; sicut piz Regum Orthodoxorum præclaris in Ecclesiam Dei meritis fulgentium, necnon Religiorum propriæ, alienæque saluti laudabiliter incumbentium studia postulant; & Nos Locorum, & temporum qualitatibus maturæ perpenitus ad Omnipotentis Dei gloriam, ad Ecclesie decus, & præsidium, ac ad spiritualem fideliūm ædificationem, atque consolationem conspicimus in D. labrider expedire.

S. 1. Itaque gloriæ Beatae Joannæ clar. me. Alphoni V. dum vixit, Portugallia, & Algarbiorum Regis Illustris natæ Monialis non professæ Ordinis Sancti Dominici merita devota consideratione, magna Charissimi in Christo Fili Nostri Petri Portugallia, itidem, & Algarbiorum Regis Illustris, necnon Charissime in Christo Filiae Nostræ Mariae Sophie Reginæ ejus Uxoris per dilectum Filium Benedictum de Fonseca, ejusdem Petri Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Residentem, ac etiam dilectorum Filiorum Antonini Cloche Magistri Generalis, & Paulini Bernardini Fratris expresse professi dicti Ordinis in Sacra Theologia Magistri Causæ Beatificationis, seu Canonizationis ejusdem Beatae Joanne Postulatoris Nominis Nobis humiliiter porrectis supplicationibus, favoreabilem assensum præbere cupientes, ipsorumque Antonini Magistri Generalis, & Pauli singulares personæ a quibusvis excommunicatiis, suspensionis, & interdicti, aliusque Ecclesiasticis Sententiis, & censuris a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore carentes, de Venerabilium Fratrum Notiorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum consilio, ut in posterum quolibet anno die 12. Maii anniversaria obitus memoratae Beatae Joannæ possit de illa in toto Regno Portugallia ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam Sacerdotibus, quam Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur; necnon in Universo Ordine præfato recitari Officium, & celebrari Missa de Communis Virginum sub ritu semiduplici juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romanii, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

S. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitute munitis, eadém prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibite, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Aug. MDCXCIV. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Confirmantur Constitutiones pro Archiconfraternitate S. Hieronymi Charitatis de Urbe.

Confirmata fuit, & in Archiconfraternitatem creata cum concessione Indulgentiarum a Leone X. Conf. edit. 1520. Jan. 27. S. Congregationibus Charitatis concessa fuit Indulgentia plen. hujus Pontificis Conf. ed. 1693. Dec. 14. Pont. 3. Et Conf. edit. 1700. Jun. 21. Pont. 9. confirmantur Con-stitutiones pro Congregatione Charitatis in Indiis Occidenti.

Preces Regis,
& Reginae
Portugallie
aliorumque.

Concessio
præd. die 12.
Maij sub ritu
semiduplici.

Clausula.

XLIX.